



EX LIBRIS  
ILLVSTRISSIMI VIRI,  
DN. DAN. LVDOLPHI,  
LIB. BAR. de DANCKELMANN,  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII  
STATVS INTIMI, cetera,  
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ  
TESTAMENTO RELICTIS.

VALENTINI NAGLERI

Smalcaldiensis

118.

133

EPIGRAMMATA IUVENILIA.

DN. VALENTINO NAGLERO

Smalcaldiensi. Poëtæ nato.

*Nobilis ingenij juvenem vidi ore loquentem,  
Ex virtute feret nobilitatis opes.*

Caspar Bolschenius P. C.

AD VALENTINVM NAGLERVM

popularem & amicum suum.

*Sic age, sic Christi laudes celebrare Camenâ*

*Perge tuâ; ac doctis perge placere viris.*

*Perge placere bonis: sic nobilitaberis olim;*

*Si modò quem virtus nobilitare potest.*

Valent. Försterus Smalcaldiensis P. L. Cæf.

Pastor Egenstedienfis.



Typis exscribebat Ioachimus Boëlius.

Anno Iesvs aDñi nobis CVM.

MDC.

Reverendis & Clarissimis viris, Virtute & Doctrinâ  
prestantissimis,

DN. HENRICO PETRAEO Ph. & Med. D. ac Prof.  
in Acad. Marburg. Ordin.

DN. IOANNI MALSIŌ Ecclesiæ Magdæb. ad  
D. Cathar. Pastori.

DN. VALENTINO FORSTERO, Poëtæ Cæsario  
Laur. Ecclesiastæ Eggenstedienti.

DN. IOANNI FICHELIO Not. Publ. Cæs. LL. Can-  
did. & Scabinatus Magdæb. Scribæ industrio.

Dominis. fautoribus ac popularibus suis  
honorandis.

S. P.

*Qvos eadem iunxit mihi patria Smalcalis, almâ  
Doctrinâ celebres & pietate viri.*

*Sumite, qvos vobis iuveniles offero lusus*

*Ingenij, & studijs qvæso favete meis.*

*Si nostris melior Musis adflaverit aura,*

*Plura dabo vobis & meliora mele.*

*Valens Naglerus Smalcaldiensis.*

Ad Illustriss. & Potentiss. Principem, ac Do-  
minum, Dn. MAVRITIVM LANDGRA-  
VIVM Hassiæ, &c. Musarum  
Mæcénatem.

Sit liber iste sacris claris virtute Poëtis;  
Quos inter, PRINCEPS OPTIME, primus eris.  
Ergo per Musas inscribe rogatus in Album,  
Per Charites, quarum Sidus in Orbe micat.  
NOBILITAT VIRTVS SOLIDE, mihi symbolon  
Si placet, hoc versu condecorare velis. (esto:  
BILOVII ductu magè si mihi Apollo fauebit,  
Musa erit in laudes officiosa tuas.

Anagramma.

MAURITIUS LANDGRAVIUS HASSIÆ  
HEIC IN ARDUA AULA A MUSIS SURGIS.

Inclute Cattorum Princeps, & Apollo colende,  
Celse reformatæ Relligionis honos.  
Cynthius ad Fulde ripas in flore iuventæ,  
Quæ caneres, cernens carmina sacra, refert.  
Cupressus velut in vepreto; HEIC ARDVA IN  
AVLA  
A lyricis Musis SVRGIS in astra tuas.

A 2

Ex-

Exseruit magè se virtus crescentibus annis,  
Altus & ingenij spiritus ille tui.  
Hesperias intrat quæ Phæbus, & exit ab undis,  
Clarus es ingenio, clarus es arte simul.  
Vive novænarum celebranda columna sororum,  
Vive meis Musis destina certa. Vale.

B. BILOVIVS lib. 1. Pleiad. Anagr.

Ad Christum Servatorem.

Ingenij mihi dum mediocria dona dedisti,  
Ingenio vireis da pie CHRISTE meo.  
Sic te carminibus quondam celebrabo canoris,  
Dicar & æternâ laude Poëta tuus.

Ad Henricum Petræum, Philos. & Med. D. ac  
Profes. in Acad. Marburg. Ordin.

In me quanta tui sint argumenta favoris,  
Parva nequit parvis Musa referre modis,  
Perge meo ingenio parvisque favere Camenis,  
Clare PETRÆE; memor carmine semper ero.

HENRICUS PETREUS

ἀναγεγραμμένος

EN HIC PURE TERSUS!

Ingenij cum docta tui monumenta viderem,  
Scrutantis morbi naviter omne genus;

Tra-

Tractantemq̄ Machaonias feliciter arteis,  
Et Medicā & Melicā Cynthius arte potens;  
Cedite vos fuci: surgit Podalyrius alter,  
EN PVRE HIC nostro munere TERSVS, ait.  
Lauriger ergo suum tribuit c̄vi numen Apollo,  
Te PETRÆE, omnis sanus & aeger amet.

B. BILOVIVS lib. IV. Pleiad. Anagr.

Ad Iohannem Malsium, Ecclesiæ Magdæb.  
ad S. Cathar. Past.

Vir Reverende, tuæ, tibi nullo tempore visus  
Sympatriota fores pulsat amicitia.  
Intromitte eius Musas; ac suffice sedem  
Fessis: immemores non pietatis erunt.

JOANNES MALSIUS

ἀναγρᾶμ.

LAUS MANE SIONIS.

Quando Deo plantas cœlos in monte SIONIS,  
LAUS eius, MALSI, non moritura MANE.

B. BILOVIUS lib. VII. Plejad. Anagr.

Ad Valentinum Försterum Smalcaldiensem,  
Poëtam Cæsarium Laureatum.

Accipe mercedem dignam virtutis & artis,  
Quæ tibi Castalys ferta paravit agris,

A 3

BILO.

**BILO VIVS**, Vatum Princeps, popularis amice:

Hic tibi perpetuo tempore crescat honos.

Lauriger ô Vates patrijs es primus in oris;

Ingenio vim det Ithava; secundus ero.

In ipso Actu acclamabam 2. Septemb. Anno 1613.

**V A L E N T I N U S F O R S T E R**

ἀναγεγραμμένος

**T U N I T E N S F E R L A U R O S .**

Hactenus haüt Chalcis produxit Camena Poëtam;

Qui Lauri cinxit tempora docta comis.

Tu **F O R S T E R E N I T E N S** præclaræ laudis honore,

**F E R L A V R O S**, capiti quas dat Apollo tuo.

Gloria Smalcalidos prima es; tua fama virebit;

Parnasi donec gloria ruris erit.

B. BILOVIUS lib. V. Plejad. Anagr.

Ad Ioannem Fichtelium Smalcald. Not.

Publ. Cæs. Dicafter. Magdæburg.

Scribam solertis.

Nulla mihi quamvis sit conversatio tecum,

Communis patriæ nos tamen unit amor.

Ergo, **F I C H T E L I**, Themidos doctissime cultor,

Promptus amicitia me rogo iunge tuæ.

Me præstabo tuo condignum semper amore;

Musaq; nostra pio corde fidelis erit.

Ad

Ad Philippum Ludovicum à Svecchenheim  
Heidelb. Not Publ. Cæsar. & Immatriculatum.

Non quàmvis tibi sit, fautor, **LVDOVICE PHILIP-**  
Immensa moles corporis: (PE,

Innumeri veniunt tamen ad tua tecta clientes,

Quærunť sedulo tuum

Mite patrociniũ; tibi nec facundia linguæ

Deest: diu precor vale.

Ad M. Ioannem Philippum Vollockium

Heilbronn. Svecum, Poet. C. Eccles. in Ratmersdorf.

Enthea quæ pietas, **VOLLOCKI**, tollit Olympo;

Pieriaę lyræ non moriturus amor:

Accipe crescentis me letemata parva Poetæ:

Magna mihi Mæsa munera redde tuæ.

Ad Matthæum Fabricium Anhaltin.

Ecclesiasten Padeborn.

Difficilis res est inventu in rure, peritus

Et celebri florens arte Mathematicus.

Tu tantis, **FABRICI**, præstans es dotibus: ergo

Fama tua in niveis iure triumphat equis.

In Zuberum.

Quàm miseram ducis vitam, pietate carentem,

Aony pestis fœda, Zuberè, chori!

Si non incipies per versus linquere mores,

Et vitæ melius ingredieris iter:

Exitus



*Exitus infelix temet, mihi crede, sequetur:  
Nam malè dum viuis, vix morière bene.*

*Ad Eundem.*

*Laudo, quòd Aonià tantum profeceris arte,  
Iste sed haud dubium crimen abusus habet.  
Improbo, quòd Claras castissima Numina Musas  
Turpiter ad quæstum prostituisse velis.  
Non decet ingenuam se Ætari talia mentem,  
Insignis Specimen, quæ leuitatis habent.  
Partim sunt critica & partim sint scoptica, chartæ  
Quæ, modò quædas offers, continuère tuæ.  
Ergo fautores quæras aliunde petitos:  
Causa patrocini non erit ista mei.*

*Elias Pomarius.*

*AL.*

*Nobilitat VIRTUS, fugiunt reliqua omnia, ut umbra:  
Ergo bono in summo quære perenne bonum.*

*Henricus Petrus Philos. & Med. D. ac Prof. in Acad. Marburg.  
Ordin. Bonæ spei & felicitatis ingenii Adolescenti, Dn. Naglero  
Sympatriotæ svavissimo mnemosynon hoc scrib. Marp.  
22 Jun. Anno 1613.*

*Ad Valentinum Naglerum Poeticæ Studiosum.*

*Nominis indicium clavos geris, impiger unus  
Quæ tibi sunt varijs lecta relecta libris.  
Hinc, tibi quæ spondet Musarum ductor Apollo,  
Juncta nitent clavis laurea ferta tuis.  
Perge, quod alterius lingua notat amulus ales  
Psittacus, & quondam nomine clarus eris.*

*Ioach. Schultetus.*

*F I N I S.*

№ 1996

8

U

ULB Halle 3  
 002 063 808



Sh

nicht aufg., da unvollst. u.  
nicht zu ermitteln!

28 a / 50 / 1996 /

U 8 17

M

DX




Inches 1 2 3 4 5 6 7 8  
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8

B.I.G.

Farbkarte #13

Black  
3/Color  
White  
Magenta  
Red  
Yellow  
Green  
Cyan  
Blue



NAGLERI

118.

nsis

VVENILIA.

133

*Q 3100*

NAGLERO

etæ nato.

re loquentem,

pes.

chenius P. C.

NAGLERVM

cum suum.

are Camená

placere viris.

beris olim;

are potest.

Smalcaldiensis P.L. C&f.

genstediensis.



chimus Boëlius.

nobis CVM.

MDC.

